❀ ❀ ❀

# Acrostichis Dedicatoria.

*SVscipe, quod dextrâ palmâ* Prætorius *offert,*
*ille tuus quondam jure fidelis homo.*
*Concipe, ut hic præbet, cũ tali mente benignâ,*
*Et signum autori grandæ favoris erit.*
*Hocce quidẽ novit, quod nõ ejusmodi agalma,*
*Sive Charisma siet, quô celebrêris ovans.*
*Ostendisse tamen præsenti hôc pignore mavult*
*Sinceri affectûs debita vota sui*
*Blandus namq;, operis formator, amicus Amico est;*
*Blandè ergò tolli hinc optat amoris opus.*
*Exhibuit verò cælestia pegmina, & orbes*
*Astrimicos varios quos dedit Vraniæ,*
*Legit & ex libris multis industria viva,*
*Sed perquàm sterilis; talia abinde refert.*
*I modò, Tu fautor prænobilis, ad tua sacra,*
*Felici augurió; & commoda mille ferent.*
*Vive diu, floreq; Tuis ad Nestoris ævum,*
*Vtere continuâ prosperitate Poli.*
*Sis animi ob dotes varias verè* inclutꝰ, ob jus
Egregiasq; aulas, inclutus obq; viros!

*Lipsiæ An. 1662. die 6. Octobr.*

M. Johannes Prætorius
P. L. C.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden